

Aduertencias para

& nos etiam supra diximus. Vide Fratrem
Emanuelem. q. citata, art. 4. 5. & 6. Et in p.
Sum. cap. 28.

BULLA COENAE.

1 ¶ Bulla quę hęc nostra ætate appellatur
Cœnę Domini, est Bulla continens proces-
sum Pape, quo die Iouis sancta excommu-
nicat varium genus peccantium, dicta sic,
eo q̄, illa dies appellatur Cęnę Domini
propter Cœnam illam ter maximam Domini
nostri quam vltimã fecit Hierosolimis cum
Discipulis suis. Doctor Nauarrus in Ma-
nuali cap. 27. nu. 52. in quo capite exponit
Bullam Cœnæ Domini. De qua & Diuus An-
tonius 3. p. tit. 2. cap. 72. Et Doctor Marti-
nus de Viualdo in suo Candelabro aureo. p.
2. fol. 55. refert & exponit Bullam Cęnę Do-
mini promulgatam à Sixto 5. anno Domini.
1586. & etiam. 87.

2 ¶ Pius. 5. concessit presbyteris Societa-
tis, q̄ non tenerentur habere, singulatim a
pud se transumptum Bullæ Cœnæ Domini,
sed satis esse, si habetur vnum publicè in sin-
gulis Collegiis, vel Domibus, vt ab omni-
bus